



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

133. Quid si unus absolutus & alter copulatus adulterati fuerint.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

262 R E G I N O N I S L I B . II .  
rum aut vir non habens uxorem fuerint forni-  
cati , tribus annis pœnitentiant.

Quid si unus absolutus & alter copulatus  
adulterati fuerint. *Ex eodem.*

Concil. Nan-  
net. c. 14.  
Burchard. lib.  
9. c. 70.

C X X X I I I . Quod si vir non habens  
uxorem cum alterius uxore adulteraverit , aut  
si qua mulier non habens virum cum alterius  
viro , ille qui fœdus violavit conjugij , septem  
annis , ut suprà dictum est , pœnitentiat ; ille qui  
lege conjugij non tenetur , quinque annis pœ-  
nitentiat. Neque enim æqualis pœnitentia danda  
est his quibus sufficere poterat ad explendam  
libidinem suam conjugij amplexus , & illis qui  
conjugé carentes , ardore libidinis impellente  
in fornicationem ceciderunt.

De eadem re. *Ex Pœnitentiali.*

C X X X I V . Si quis vacans uxore , pol-  
luit se cum alterius uxore , annis duobus pœni-  
teat. Similiter de feminis observandum.

Si uxoratus ancillam propriam tenuerit.

C X X X V . Si uxoratus ancillam pro-  
priam tenuerit , annum unum pœnitentiat , vel in  
alio anno tres quadragesimas & legitimas fe-  
rias , & tribus mensibus priùs se à sua conti-  
neat conjugé. Ancilla verò , si vim passa est ,  
quadraginta dies , si consentiens fuerit , tres in  
anno quadragesimas & legitimas ferias pœni-  
teat.

